

sorores skæningie et habitum earundem recepi. eisdem contuli dimidietatem patrimonii mei in lidhaholt cum agris pratis siluis et piscarijs infra sepes et extra et cum dimidietate bonorum mobiliium et immobiliium domorum et vten-silium sine inpeticione et calumpnia cuiuslibet pro dote mea iure perpetuo possidenda,, et reliquam dimidietatem eorundem bonorum mihi pro vsibus meis necessarijs ad finem vite mee teneo et reseruo,, ut autem predicta donacio firma sit et stabilis sigillum domini kanuti folkason nec non et cognatorum meorum hemmingi æringislæson,, hemmingi anundason,, byrgheri ionsson,, iohannis morskæ thoriri andresson nec non et Nicholai hempikæson aduocati skæningensis ad petitionem meam presentibus sunt appensa Datum et actum Anno domini M^o CCC^o XXX secundo Jn die professionis mee videlicet in die beati Jacobi apostoli.

Sigillen borta, alla 7 remsorna kvar.

2940.

1332 d. 9 Aug.

Söderköping.

Konung MAGNUS upplåter, på behaglig tid, sina och Kronans gods i Harg i Åkerbo härad åt sin tjenare Johan Andersson Jul.

Orig. på perg. i K. Danska Geh. Arch. *)

MAGNUS dei gracia Rex swecie. norwegie et skanie. Omnibus presens scriptum cernentibus, Salutem jn domino sempiternam. Notum facimus quod dilecto familiari nostro et fideli johanni andresson. dicto jwl, ex speciali gracia bona nostra et corone jn villa ecclesie hargh. jn prouincia Akirbo. situata cum omnibus attinencijs et adiacencijs annuimus et concedimus, pro fideli seruicio. nobis ab ipso hucvsque exhibito et inposterum exhibendo. ad tempus. quo gracia nostra. exigerit Prohibentes firmiter et districte. ne quis cuiuscumque condicionis aut status fuerit contra hanc nostram graciam jpsum jnpedire vel molestare presumat prout nostram vlcionem regiam duxerit euitandam Scriptum Sudhercopie Anno domini Millesimo tricentesimo tricesimo secundo. vigilia Beati laurencii, Martiris gloriosi, nostro sub secreto.

På frånsidan: Konung magnusse breff ther han læner jess andersson. som man kaller jwl gots med j hargh sokn j akerboheret. swo lenge hans nathe tilsier, for hans thieniste.

Sigillet borta, remsan kvar.

*) Dokumentet synes vara fullkomligt tillförlitligt. Man skulle således af detta bref kunna sluta, att »Skåne» blifvit genast efter mötet i Calmar i Juni d. å. intaget i Konungens titel, men snart åter, af obekanta skäl, uteslutet, intill dess efter medlet af år 1335 detta landskap städse förekommer i Konung Magni titel.